

## Aduertencias pars

his rebus de quibus nihil certi statuit diuinæ  
Scriptura: mos populi Dei, & instituta ma-  
iorum, pro lege tenenda sunt: & sicut præ-  
dicatores diuinarum legum: ita cōtempo-  
res Ecclesiasticarum consuetudinum coercent-  
di sunt. Hæc B. August. Ex his itaq; verbis  
inferitur q̄ si alicubi est consuetudo q̄ sola  
omasa & intestina Sabbatho manducantur, ibi  
illa sola ab omnibus manducentur, & ibi ne-  
mo præsumat facere contrarium: licet etiam  
hoc putet sibi esse licitum, quandoquidem di-  
cit B. Paulus, I. Cor. 10. Omnia mihi licet,  
sed non omnia expediunt. Omnia mihi li-  
cent, sed non omnia edificant. Et idem I.  
Cor. 8. Videte [ inquit ] ne forte hec licetia  
vestra offendiculum fiat infirmis. Quia prop-  
ter si scandalizem fratrem meum: non mani-  
ducabo carnem in æternum, ne fratrem meū  
scandalizem. Ibi inq; obserueretur quod su-  
pra diximus ex cap. Illa. dist. 12. q̄ illis se  
conformet homo cum quibus vinit. In locis  
autem in quibus non est in hoc certa consue-  
tudo quantum ad hoc, putà quia aliqui ibi tā-  
tum comedunt omasa, alij cum intestinis co-  
medunt animalium pedes, alij vero alias ani-  
malium partes extremas de more illius loci,